



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Compendiosa Praxis Beneficiaria**

**Nicolarts, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1658**

Præfatio ad Lectorem. Studioso Lectori, praxis beneficiariæ discendæ  
amatori salutem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61991](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61991)



*Præfatio ad Lectorem.*

Studioſo Lectori, praxiſ beneficiariæ diſcendæ amatori ſalutem.

**B**enevole lector, tritum eſt: nemo debet inauditus damnari, ne igitur me inauditum præamaturò iudicio cenſeas, præſentem tractatum ab inſtituto meo alienum iudicando: utpote, qui hæcenus theoriæ deditus, nunc ad praxim & tuſ ſubitò deflexerim; viſum fuit præcoci cenſura ire obviam, innuens, hunc nequaquam vitæ, conditioni, aut ſtudiorum meorum rationi conatum repugnare, ſed vel maxime congruere: primum quidem, quod nemini potiùs ſavo iudicio, beneficiorum Eccleſiaſticorum naturam ſcrutari, præſcriptas in eorum collatione Regulas, pro quotidianis caſibus occurrentibus noſſe, & de iis agere, quàm perſonis Eccleſiaſticis & beneficiatis conveniat; adhuc maxima & artiſſima inter Theologiam & S. S. Canones, ac Pontificias Conſtitutiones, theoriam & praxim ſit communio, ut alterum ſine alterius connexione & adminiculo conſiſtere vix queat; neque ego uſque colui theoriam, ut praxim omninò excluſerim, præſertim beneficiariam, CONCORDATORUM Germania inter Sedem nimirum Apoſtolicam, & inclytam Nationem Germanicam conventis articulis innixam: in qua non exigua mihi diſcendi fuit occaſio, dum ſub theoria, & poſt eam decurſam, in familia per-illuſtris & Reverendiſſimi Domini D. GEORGII PAULI STRAVII Epilcopi Ioppenſis, ſuffraganei & Vicarii in ſpiritualibus Generalis Coloniensis, Avunculi mei Colendiſſimi, præceos Romana Curia ſtudioſiſſimi conſtitutus, quotidianas ferme de eiſmodi caſibus quaſtiones & diſcuti audirem, & diſcutiendas obſequens Nepos relative acciperem, facem mihi aliquam

GEORGIO  
BRAN-

## Præfatio Ad Lectorem.

BRANDEN in hac, ni fallar, materia propè unico præferente, qui tamen nimiam brevitati studens, principales controversias vel omittendo, vel cursim transeundo, incidit in illud: brevis esse laboro, obscurus fio. Dabis ergò veniam bone Lector, quod horis succisivis prædicta CONCORDATA Germania, quæ à plerisque ignorantur, ab aliis contemnuntur, ab aliis sinistra interpretatione depravantur, enucleatius explicare conatus sim, eaq; de re præsens compendium, usus Magistro Practico, concinnaverim, & publicæ utilitatis ergò, & præcipuè in beneficiariorum, & collatorum Ordinariorum gratiam, quibus hic libellus manuarius serviet pro forma & norma in beneficiariorum collationibus observanda, conformiter supradictis Germania CONCORDATIS, luce etiam publicâ donarim: spero siquidem hac prima praxis mea tyrocinia tibi perquam fore grata, mihi maius quid & limatius, temporis decursu in eiusmodi materia tentandi calcar additura. Intere à hisce frueri, atque ad tuam & proximi tui instructionem & salutem utere.



## Censura.

**P**Rimus admodum Reverendi & eximii D. *Laurentii Nicolartsi*, in antiquissima Pontificia Vbiorum ad Rhenum Univerſitate Sacræ Theologiæ promoti Doctoris, Prothonotarii Apostolici, atque insignis Ecclesiæ Collegiæ S. Iohannis Evangelistæ Leodiensis Canonici Capitularis &c. *praxis beneficiaria*, ex Germaniæ, Poloniæ, Galliæ, aliisque Concordatis, accuratâ lucubratione formatus & limatus fœtus, is est, qui nil à bonis moribus, fide Romano-Catholica Apostolica devians complectitur; ast maioris conaminis, & ingenii ad maiora nati non obscurus prodromus; proin eundem dignum iudico, qui in totius Germaniæ, quin Ecclesiæ